

1657

A S C E T I C I.

1658

XVII. Non ignorat Amplitudo
V. &c. Mediolano. 2. Oct.
1565.

XVIII. Mihi erat in animo con-
stitutiones &c. Mediolano.
13. Sept. 1566.

XIX. Questa mia sarà per uistar
&c. Roma. 29. Apr. 1564.

Praeter ipsum hoc Exemplar
extat in Bibliotheca etiam *Απο-
γραφοῦ* aevo, ut videtur, *Dan.
Nesselii* sumtum.

DCXCV.

E. 47. a Codex membraneus gall. Sec.
XV. Folior. 305. f. maj. per du-
as columnas eleganter exaratus,
praeter initiorum literas auro co-
loribusque speciosas, pictura fron-
tis Redemptorem in atrio templi
sedentem adgeniculantibus diver-
sae conditionis et professionis vi-
ris feminisque, et Sacerdotibus
ad latera peccatorum confes-
siones excipientibus referente deco-
ratus, adpicto inferne Scuto ad
extinctam, ut videtur, *Ramburio-
rum* Familiam pertinente, cum re-
liqua *Eugenii Sabaudi* Bibliotheca
in Caesaream transiit. Incipit ille
minio: *Cy commence le prologue
du liure de la vie de nostre sau-
ueur ihesucrist. Fundamentum ali-
ud nemo potest ponere ut ait a-
postolus &c.* Habemus igitur *Ludolphi*
seu *Leutholphi de Saxonia*
Viri piissimi, qui ex Ord. Praed.
in Carthusiam *Argentini*. transgres-
sus medium Seculi XIV. vivendo
non adtigat, Meditationes in Vi-
tam Servatoris divisas in *Capita*,
quarum singula in sacram Preca-

tionem definunt. Pluries jam illae
Sec. XV. typis datae sunt, etiam
versione gallica, quae interpre-
tem prodit F. *Guilelmum le Me-
nand* O. M. teste *Quetifo* in *Scriptt.
O. Praed.* T. I. p. 568. Est vero
et alia Versio, si *Deburium* in *Cat.
Bibl. Valler.* T. I. p. 43. audias,
autore *Job. Mansel Hesdinensi*,
unde, quamnam e duabus *Codex*
noster referat, dicere non habeo,
in Curioforum tamen gratiam ad-
scribam initium: *A ledifice spiritu-
el nul ne peut mettre autre fon-
dement fors cellui qui y est lequel
est nostre seigneur ihesus. Saint au-
gustin dit que dieu est chose souve-
rainement souffisante et homme est
chose souverainement defaillante.
Et que dieu est tel bien que nul
bien ne peut uenir a ceulx qui le
delaiissent.* &c. Continet porro
Pars haec I. *Capita* LXI. quorum
Elenchus ad calcem *Codicis* jacet,
Capite ult. inscripto: *De locupa-
cion de marthe, et du repos de
marie sa seur.* Itaque deviat ab
Exemplo latino, cujus *Pars* I.
protenditur usque ad *Capita* XCII.
et *Confessionem Petri*. Perperam
etiam *Cap. ult.* subjungit *Preca-
tionem*, quae non ad *Martham* et
Mariam, sed ad *Mulierem Sama-
ritanam* et *Cap. LXII.* pertinet.

DCXCVI.

E. 47. b Codex membraneus gall. prae-
cedenti in omnibus par, Folior.
324. est *Pars* II. *Ludolphi de Sa-
xonia de Vita Christi*. Icon fron-
tem exornans *Historiam Mulieris
Samaritanae* ad fontem eleganter
reprae-

repraesentat. Porrigitur haec *Pars* a *Cap. LXII. Exemplaris* latini usque ad *Cap. L. Partis* ejus alterius, sed numerationem orditur a I. et procedit more gallico ad III. XXI. id est LXXXI. quod *Caput* in Elencho ad calcem inscribitur: *Dela ventilacion de laire ou derrenier iugement.* Restant igitur totius Operis latini *Capita XXXIX.* pro *Parte III.* Atqui *Pars* haec III. non comparet. Igitur *Mf.* nostrum idem fatum habuit, quod illud, quod describit e Bibliotheca Ducis *Vallerii Deburius I. cit.* cujus *Pars III.* pariter distracta alium Possessorem primum *Antverpiae* habuit, dein *Bruxellis* nata est. Extitisse olim *Partem III.* nostri, vel e *Clausulis Partis I. et II.* arguo: *Cy fine la table des chapitres du premier volume du liure de vita christi. Deo gracias. Cy fine la table des chapitres de ce second volume;* nulla de fine totius Operis facta mentione.

DCXCVII.

E. 56 Codex membraneus gall. Sec. XV. Folior. 265. 4. maj. per duas columnas eleganter exaratus, literis Opusculorum initialibus, et passim etiam marginibus deauratis et picturatis Συλλογη Tractatum piorum est, quos enumerabimus. I. *Ce est le iardin de lame.* Sed erravit Librarius, ut e *Cod.* clausula liquebit. Scribendum erat: *le liure de la mort.* totus enim Libellus de *Morte* tractat hoc initio: *Len se ut dire que en uis muert qui apris ne la. Apren a mourir si sauras*

bien uiure &c. Ita rudis toto *Codice* lingua est.

II. fol. 23. *Ci apres commencent les VII. pechiez mortieux et leur branches.* Initium: *Qui ne donne que aime. ne pren que desirre* &c.

III. fol. 91. p. 2. *Ci commence le liure du iardin de la sainte ame.* Initium: *La sainte escripture comporte lame a un hiau iardin plain de verdure* &c. En, quo pertinuerit *Titulus* toti *Codici* praefixus.

IV. fol. 196. *Ci comence li liures comment len doit garder le cuer en nostre seingneur.* Initium: *Omni custodia serua cor tuum. A toi ame qui te dois connoistre. que tant as de sens* &c.

V. fol. 213. p. 2. *Ci commence la uie mon seingneur saint symeon.* Initium: *Saint symeon li hon eurus (heureux) fu esteu de dieu du uentre, sa mere et pensoit de lenfauce les euures (œuvres) ple sanz a dieu* &c. E clausula: *Et ie poure et bas anthoine pechierres selon mon pouer ai faite briement ceste lecon* &c. adparet, *Vitam* hanc esse ab *Antonio Simeonis τσσυλιτs* discipulo conscriptam, quam exhibet *Herib. Rosweydu* in *Vitt. PP. L. I.*

VI. fol. 223. p. 2. *Ci commence lenseignement des philosophes de celle clergie (classis vel generis Scriptorum) qui est apelee moralite.* Initium: *Talent mest pris. que ie racontasse lenseignement des philosophes* &c. Praecipuas partes agunt *Cicero* et *Seneca.* Ad calcem: *Ci fine li liures des moralites.*